

[585r]

**Vindex duliae
DIVUS JOANNES NEPOMUCENUS**

Pro theatro exhibitus ab academica syntaxi
Neo-Pragae 1731, 21. Maji

Professore M. Antonio Machek

ARGUMENTUM

*Deum in Sanctis honorari velle docet perenne prodigium illud, quo nemo inultus abit,
qvi sanctitatem Beati Joannis Nepomuceni aliquo facto laedere vel sepulchrum violare
praesumpserit. Ex Actis canonizationis.^a*

PROLUSIO

Haeresis, inimica duliae hydra, post vibratos a Religione in se ictus nova perfidiae capita colligens, ab illustri stellarumque igne coronata Divi Joannis sanctitate exanimatur.

INDUCTIO I.

Joanneo Cultore a Religione Tutelaris sui duliam flagitante, infremit Haeresis Iconoclastamque ad hanc interturbandam, comite Furore blasphemō^b alegat.

Cultor: ^c	Vos aestuantes cordis accensi faces, Ardete, juge ^d dulici exurant fibras Pectoris amores. Qvaeque concessa est mihi
----------------------	---

Post titulum Professore M. Antonio Machek] add. m3.

^a *Acta utriusque processus*, 1722, s. 24: *Perenne prae aliis recensetur prodigium illud, divinae sic elargiente bonitate, ut nemo inultus abeat, qvi sanctitatem Beati Joannis Nepomuceni aliquo facto laedere vel sepulchrum violare praesumpserit.*

^b Personifikované vlastnosti *Furor*, *Blasphemus*, resp. *Blasphemia* nebo *Audacia* (viz úvody k 5. a 7. scéně), jsou pravděpodobně použity v koncepci synopse, vzniklé ještě před textací hry. Postavy reálně ve hře vystupující (*Socius*, *Laborans*) pak nejsou jejich ekvivalentem, ale jen nositeli těchto vlastností. Nelze je tedy s nimi ztotožnit. Ani souhrny 5. a 7. scény přesně neodpovídají následnému ději (úvodní shrnutí scén totiž byla přebírána ze synopse).

^c *Cultor = Joanneus cultor.*

^d *Juge*, adv. od adj. *jugis*, e, klas. *jugiter*; viz také v. 32; podobně *perenne* (v. 33), *turpe* (v. 294, 547).

- Animi facultas, cuncta Joannis sacro
 5 Esto dicata cultui.^e Nusquam pari
 Fervescit Aetna Mulciber, summo impete^f
 In aperta qvando qvaerit ardori vias,
 Velut fibrasqve corqve Joannis meum
 Cremant amores. Poscit hos semper Tuus
 10 In vota servi gratiae inclinans sinus.
 Vulgata mundo sanctitas vitae integrae
 Miraculorum gloria affectum exortat.
 O Nepomuci gloria, ah, qvantum Tui
 Amoris ardet ignibus pectus meum.
 15 O, si daretur!^g Qvam Tuum vellem cliens
 Portare cultum orbe terrarum integro.
 O si!
- [585v]
- | | |
|------------|---|
| Sanctitas: | Sed ut qvid perdite vocis sono
Aëra peruncas? Nonne verborum modos
Integre amantis fervor aliquando exigit?
20 Sunt verba nihilum pondus, ubi labor negat.
Hucusqve honoris desidem curam geris,
Qvalem reqvirit Czechiae ac orbis decus,
Ni vota factis impigre actutum expreas. |
| Dulius: | Suspiriorum tanta qvae ratio tibi,
Ut voce, totum repleas sono aethera? ^h |
| Cultor: | Qvem video? Qvemqve in nostra submisit Polus
Suspiria? Eqvidem, Dulie, tu solus sacram
Explere potis es opere ter fausto sitim. |
| Dulius: | Si subvenire nobili voto qveam,
Me certiore redditio et promptum vides. |
| Cultor: | Rursum reqviris mentis afflictae scopum,
Qvem juge mentes, corda populorum gerunt?
Perenne Joannis honor attentam facit
Mentem orbe suscitandus integro. Nota
Isthac meorum est sola votorum. Cita
Desideria orbis et gloriae augmentum scies |

30 promptum] promtum VD.

^e Machkùv autocitát, cf. *Angelus ad aras*, v. 50–54: *Vos aestuanter mentis accensae faces, / Ardete, juge caelici exurant fibras / Pectoris amores. Qvaeqve concessa est mihi / Animi facultas, omnis adamati Dei / Sit haec odoris victima cremanda ignibus.*

^f *Impete*, nepravidelný abl. sg. od *impetus*, us, m.

^g Cf. *Angelus ad aras*, v. 68–70: *Ah, qvantum sacri / Amoris ardet ignibus pectus meum! / O, si daretur.*

^h *Voce, sono*, hendiadys.

- Peti ab exteris ac patriae terrae incolis
Pro Nepomuci gratia.
Dulius: Haec sane placet
 Mentis cupido. Volitat et crebra qvatit
40 Laudatione fama Joannis, ferens
 Tum sanctitatem, tum qvoqve facinorum ordinem
 Cultu verendum debito. Qvalem proin
 Dudum expertisti Dulii addictum piis
 Sanctisqve amorem, pronus in praesens feram.
45 Dum Religioni vota populorum, qveisⁱ
 Joanni honores regna perpetuos petunt,
 Dabo, praeeuntem seqvimini. Affatum peti
 Tu Religioni nuntia extemplo velim.
- Qvod est in Astris Numen, id prope incolens,
50 Religio, terram es. Praemiis tamen magis
 Toto celebris orbe terrarum emicas,
 Dum liberalitate commendans eos,
 Qvos sanctitatis fama percelebres facit,
 Condigno honore gentibus et orbi integro
55 Reddis colendos inclytos Caeli incolas.
Religio: Benignitatem, qvam suas justus Deus
[586r] Vices gerenti praestitit qvaqve improbas
 Nos superamus haereses, expertus colis,
 Dulie, colesqve semper. Est justum illius,
60 Proba cui vita semper, exuvias coli,
 Dulie, proinde munere ex tuo refer,
 Siquidem colendum laude Sanctorum geris.
 Maxima fidelis praemia obseqvii dabo.
- Iconoclasta: Qvalia?
Dulius: Petitam nuper efflagitat pius
65 Cultor Joannis gratiam votis novis.
 Armatus orbis integri. Imperii preces
 Tantisper audi, gentium votis fave.
Cultor: Cerne populorum corda, qveis unus scopus
70 Gloria Joannis metaqve est, tantos preces
 Clausane poteris aure perferre? Impera
 Tandem, Joannes, Czechiae ac orbis decus,
 Dum sanctitate, morte pro Deo inclyta,
 Miraculorum gloria illustrem facit
 Orbem, hunc honore is debito Sanctis colat.

ⁱ *Qveis*, arch. tvar dat./abl. pl., klas. *qvibus*; podobně viz v. 68.

75	Germania:	Id Alemanna poplitem incurvans throno Pietas reqvirit.
	Hesperia:	Cumulat Hesperia preces.
	Polonia:	Immensitatem Sarmata Joanni advovet Honoris.
	Ungaria:	Istud Ungaria voto expetit Ardente.
80	Bohemia:	Qvotqvot Czechia aut Teuto ^j colit Diademate tiarisqve redimita capita, Id singulorum consonae exposcunt preces.
	Omnes:	Hoc obligatus gratia immensa petit Populus, reqvirunt Principes, cives, rei.
85	Religio:	Addicta honori vota Joannis placent, Ut porro magis hic universo personet. Dum sanctitatis gloriam, vitae Dei Causa litatae diligens penso statum, Vos vestra continuante conamine pio Studia.
90	Iconoclasta:	Piandum sanqvine, heu, crimen! Nefas! Sic ergo studia nostra, conatus cadat ^k In irritum? Sic dum alibi terrarum inclytus Erigo trophyea, vota dum Divis dari ^l Inhibeo justus, perdo Christiadum iconas, Truncos, colossos sterno, sic fastu gravis A fauce Czechica risus applausum intonet, Dum pro Joannis gloria immensum studet? Lessum intonabit. Sed qvid aggerimus moras? Ergo qvod alto lumen flagrat Polo Et qvod profunda nocte nigrescit Styge,
95		Adsit furor! Juro Joannis caput, Statuas, colossos, iconas ferrum petet. Sed tantane unus ardeam? Crescit novis Aucta incrementis simplicis vulgi improba Pietas, faventem qvando praecipue suis Vanis petitis urbium Dominam videt.
100		Incidit agendum, qvid sit. Accessum paro
105		
[586v]		

75 incurvans] incurvas VD.

^j *Teuto = Teutonia*, zkráceno zřejmě z metrických důvodů.

^k *Conatus cadat*, aliterace.

^l *Dum divis dari*, aliterace.

- Ad Principem, cui solus in amore est Dei
Cultus, religio risui^m Divis sacra.
- Haeresis: Vivo triumphis perpetim, regnis honor
110 Crescit ruinis iconum flammæ datis,
Caeli incolarum machinis gloria nitet.
Vestro illa studio debeo in stragem iconum.
Nube evibratus Martia tristi impetu
Surget cometes; qvamdiu invicta gregis
Fides micabit pectore.
- Dux: Fidem probo,
Qvae vana Divumⁿ signa per nefas colit,
Stat ante celsas pompa funerea fores.
- Haeresis: Trahantur intro.^o Pascere obtutum juvat.
120 I nunc, rebellis turba, qvos truncō Deos
Jubes renasci, rebus in miseris voca.
Clauduntur arcto carcere; at nobis licet
Transigere laetos hoste devicto dies.
Androdilus: Princeps faveto, signa laetitiae dabo.
Pastor: Desiderare nusp̄iam nostros decet
125 Plausus. Repetito.
- Iconoclasta: Buccinae immitans tonum,
Tubulæ murmur lugubris lessum intona.
- Haeresis: Qvid hoc, qvid agitas?
Iconoclasta: Qvod salus regni jubet.
Agitante luctum turbine in p̄aeceps ruis!^p
130 Proh pudor! Acerba vivitur regni salus,
Laus qvando crescit Caelitum.
- Haeresis: Cujus? Novo
Iconoclasta: Fors hostile petimur? Exere furorem.
Est robore auctus. Ille! Num nomen dabo?
Ille, Nepomuci gloria assertus, tuum
Meumqve petit et urget occasum. Et leve

124 Pastor] Mi. *VD*, *vide notam ad 196*.

125 Buccinae] Bucina *VD*.

126 Tubulæ] Tubule *VD*.

131 petimur] *fortasse* petimur *VD*.

^m *Religio risui*, aliterace.

ⁿ *Divum*, arch. tvar gen. pl., klas. *Divorum* (v rkp. je arch. tvar naznačen přízvukem *Divūm*); podobně viz v. 551, 556.

^o *Trahantur intro*, onomatopoeia.

^p *Turbine in p̄aeceps ruis*, onomatopoeia.

- | | |
|--------------|--|
| 135 | Certamen esset, sola si Czechia colat
Numen novatum, mundus at totus studet
Ejus honori. |
| Haeresis: | Sic? Adhuc hostes calent? |
| Iconoclasta: | Igitur honorem redime – vos socios volo.
Miscenda jam sunt cuncta per fas et nefas.
Tu quidquid audax ore blasphemum geris,
Cultum in Joannis egere, ego viam hanc lego.
Qvis huc, amicus, an hostis? Experiar lubens. |
| 140 | |

INDUCTIO II.

Hic in Scrupulosum latriae zelotem incidunt, pari simulato zelo eundem in partes suas pellicit, dumque uterque a pio studio Cultorem Joanneum absterrere frustra satagunt, suo insuper, suorumque calculo Joanneam duliam confirmatum iri audiunt.

- | | | |
|-----|---|--|
| | Scrupulosus: ^q | Vidi ipse jam, qvod fabula putandum est, migrat
In veritatem. Hoc ipse spectavi loco,
Vesano ut opere turba Joannem colat.
Opus est novato cultui poni modum,
Ne jura simplex turba latriae involet.
Qvis mente fixus graditur? |
| 145 | [587r] | Iconoclasta:
Ah, qvod nusquam opus
Probem, hisce vidi et istud attonitum facit. |
| 150 | Scrupulosus: | Forsan carina navigas, qva ego feror?
Numquid Joannis cultus assolutum facit
Insolitus adeo? |
| | Iconoclasta:
Cerne, tibi visum putem?
Terrere possunt forte Cultorem minae,
Ecce venientem. Cernere loqventem juvat. | |
| 155 | Cultor: | Optata tandem tot dies votis adest,
In qva solemnis gloria Joanni micet,
Augere qvalem cultibus nostris decet.
Urbes proinde, regna tu in cultum cita.
Nos, qvis colossum fluminis ponti inditum
Honor coronet, legere tantisper juvat.
Placet apparatus vester in Czechiae decus, |
| 160 | | |

141 hoc] hac VD.

145 Joannem] Joanneum VD.

^q *Scrupulosus = Scrupulosus latriae zelotes.*

- Arridet animus. Cultui initium dabo.
O Nepomuci gloria! O Czechiae salus!
Da, pauca tecum corde fideli loqvar,
Ab orbe crimen exulet, regnet Deus!
- 165 Scrupulosus: Per te tuosque jacet hic et floret nefas.
Cultor: Furor quid agitat?
Scrupulosus: Qvod Dei cultus jubet.
Desiste nimium, ni malum pati velis,
Promere Joannis gloriam, laedis Deum.
- 170 Cultor: Haud Numen odit, Caelites qvisqvis colat.
Scrupulosus: Sanum an tibi istud esse consilium, putas?
Latria patitur, hominis ubi cultus viget.
Cultor: Auget latriam, Caelites qvisqvis colit,
Suos ministros exigit Numen coli.
- 175 Scrupulosus: Si laudo honorem Caelitum, nimium improbo.
Cultor: Obseqvia hominis non valent nimium dare
Divis honores, imo vix modicos sacrant.
Scrupulosus: Qvod disputando ducimus inanes moras,
Animos adauget caecus ita rursum novos.
180 Postremo moneo, cultui ponas modum,
Aut vindicabo crimen.
Cultor: Ignoro scelus.
Iconoclasta: Dudum probatum.^r
Cultor: Ringeris frustra.
Scrupulosus: Vide,
Cui rebellas.
Cultor: Auxilia feret Polus.
Scrupulosus: Quem laedis audax signa Joannis colens.
185 Cultor: Colo colamque semper, ut debo cliens.
Scrupulosus: Dum poenitebit improbi facti, scies.
Cultor: Te poenitebit, calculo postquam tuo
Simul et tuorum facta Joannis stupens
Cultum probabis.
[587v] Iconoclasta: Obsecro, vatem vide.
190a Cultor: Fugio rebellem.

188 *incipit m2 (usque ad 238).*

^r Cf. *Angelus ad aras*, v. 509–510: *Tace, ne tu mihi impingas scelas. / Dudum probatum.*

INDUCTIO III.

Androdilus interim Iconoclastae qvidem partibus adhaerens, sed boni nominis studiorum. Dum promptum famae conservanda Joannis auxilium extollit et proprii honoris vindicem submetuit,^s varias de se inter corrivales causat suspiciones.

- | | | |
|------|----------------------|--|
| 190b | [Pastor]: | Qvis ferit oculos decor?
Qvae lux juvente? Tela venantum gerit
Frons digna gemmis. Spirat Androdilum gena.
Hunc ipsum adesse cerno. Qvis nosmet beat
Praesentis Androdili favor? |
| 195 | Androdilus: | Talem mihi
Venisse puto, te qvando, Pastorum optime,
Qveo revereri. |
| | Pastor: ^t | Si salus tibi integra est,
Me reddidisti sospitem, gaudet ovium
Pastor salute. Sed refer, qvo te pedes. |
| 200 | Androdilus: | Tui videndi gratia instituo viam. |
| | Pastor: | Et te videndi gratia socios iter
Tenere mecum censui. Felix dies,
Qva Pastor ovium nactus est dulcem morum!
Nunqvid novi adfers? |
| 205 | [Androdilus]: | Fama nil recens tulit,
Si haec sola demas, Iconoclastam nova
Retulisse jussa Principis; causae latent. |
| | Pastor: | Qvid hoc? An iterum Caelitum vanus struit
Cultus furores? |
| 210 | Androdilus: | Comodum nobis ades.
Tantisper audi, forte veredus rei,
Qvid veritati consonum sit, nos docet. |
| | Pastor: | Ausculto. |
| | Androdilus: | Recte te arbitratum docet
Praesens pagella. Sic tenor scripti sonat. |
| | Pastor: | Unde? |
| | Androdilus: | E Pragena Tripoli. |
| | Pastor: | Rursum excitat
In se furores Czechia? An nondum satis
Luerat honorem Caelitum? |

^s 191 lux juvente] luxjuvente m2; Tela venantum] telavenantum m2.

^t 196 Pastor] Min., *idem passim*.

^s Cf. Balbinus: *Acta Sanctorum*, s. 676, podnadpis 28. kap.

^t Vzhledem k oslovení v předchozím verši název postavy v rkp. *Minister* opraven na *Pastor*, neboť tak je tato postava posléze označena na konci 7. scény (v. 478–483).

	Androdilus:	Ausculta proin, Viri Beati Nepomuci gratia Patriaeque Patris.
215	Pastor:	Qvanta titulorum strues.
	Androdilus:	Joannis ingens crescit indies honor Miraculorum robore probatus. Duo...
	Pastor:	Fantasma qvae illis condidit.
	Androdilus:	Duo accipe.
220		Qvalia [...], qvempiam tantum furor Vesanos occupavit, ut vulnus grave et Lethale se [...] fatuuus inferret thori.
[588r]		Clamore facto capitur aretandus tetro Carceris in antro. Nominis subit boni
225		Jactura mentem, qyam secuturam timens. Fundit Joanni vota, vinculo Supplex precatur. Et ecce, praesente manu Viri Beati siqvidem effugiens manus Satellitum aras libere voti reus
230	Pastor:	Colit Patroni. Grande prodigium. Manus Effugere militis ore portenti. ^u Quid hic Latere reputes?
	Androdilus:	Clausulam nunc accipe. Similes et aliae gratiae efficiunt eum Famae Patronum voce cunctorum coli.
235		Alius vicissim, voce blasphaema impetens Ejus colossum, voce privatus fuit, Sed poenitentis more se sistens reum Veniamque flagitans pristinam rursum accepit Copiam loqvendi.
	Pastor:	Num fidem scripto dabis?
240	Androdilus:	Sum dubius eqvidem.
	Pastor:	Mente si captus fores. ^v
	Androdilus:	Non mente captus credidit, constans ubi Pro veritate fama pugnabat. Proin Et veritati consonam ego mentem geram

²²⁰ om.] in initio Min., fortasse falso add. m2.

²²¹ Vesanos] Vesanes m2.

²³⁸ finit m2.

^u Dvojí vazba slovesa *effugere*: s ak. *manus* i s abl. *ore*.

^v *Fores*, konj. imperf., obvykle *esses*; podobně viz v. 379.

- | | | |
|--------|-------------|--|
| | | Seu falsitati proximam, mihi licet
Citra pudorem dicere. |
| 245 | Pastor: | Qvid illud? |
| | Androdilus: | Placet |
| | | Eqvidem juvandi caeteros Czechiae Patris
Studium et resistere cultui ejusdem meus
Submetuit animus, nec etenim exponi velim
Populi cachinno. |
| 250 | Pastor: | Qvid loqueris, Androdile? |
| | Androdilus: | Qvae mente dudum volveram. |
| | Pastor: | Errorem seqvi |
| | | Desiste, monitis Patris adhaere tui. |
| | Androdilus: | Scis me obseqventem, scrupulus me isthic tamen
Perurget. |
| 255 | Pastor: | Hominis est proprium errorem seqvi.
Ovem reducam, si Lares nostros modo
Invisere velis. |
| | Androdilus: | Gratiam amplector lubens. ^w |
| | Pastor: | Comites ne fieri perlubet? |
| | Pastor [2]: | Nos alio labor. |
| [588v] | | Implexus haeret animus: in Syrtes ratem
Dubiosqve fluctus sorbet impactam vadum.
Qvid est, qvod adeo Czechiae affectus Patri
Androdilus exstat? |
| 260 | Pastor [3]: | Id meum dubium qvoqve
Perurget animum. Fors triumphali negat
Mucrone cultum Caelitum attritum inseqvi? |
| | Pastor [2]: | Imo qvod animus praescius dictat mali,
Fors nostra posthac deserere statuit ferus
Decreta clademqve ausui nostro ultimam
Cudit rebellis? |
| 265 | Pastor [3]: | Id et ego arbitror strui,
Sed consulendum, nonne gliscenti malo est. |
| | Pastor [2]: | Danda mora tamen, usqve dum nobis labor
Pastoris innotescat. |

258 impactam] in pactam VD.

^w Lubens, arch. tvar adj. *libens*, podobně v následujícím verši slovesný tvar *perlubet*.

INDUCTIO IV.

Vanus latriae zelotes Cultorem Joanneum, ut honori ejus nimium intentum, Religioni defert, stricto deinceps subjiciendum examini.

- 270 [Scrupulosus]: Heu fata, fata heu misera! Qvae afflictum tenent?
 Adhuc Joannis gloria triumphos agat?
 Perambulavi regna, currendo sagax
 Per civitatum compita, sed omnis labor
 Studiumqve vano occidit eventu irritum.
 275 Tentavi ubiqve, excutere num possem improbum
 (Dicere latriae sic zelus jubet) plaga hac
 Cultum Joannis. Et quid? Augentur novo
 Turbae seqvaces agmine et noster labor
 Populi cachinnis luditur. Per me licet,
 280 Erige trophyea vane, Nepomuci favor,
 Fabrica colossos, clade graviori cadent
 Tibi in ruinam.
 Soc[ius]: Voce qvid frustra qvatis
 Aëra? Age, tandem Nepomuk^x cultum Deo
 Injuriosum jam Religioni refer.
 285 Dabit medelam haec forte gliscenti malo.
 Scrupulosus: It reddo in actum.
 Dulius: Qvid sacras petis fores?
 [Scrupulosus]:^y Studium latriae Religionis limina
 Accedere jubet.
 Dulius: Talibus praebet lubens
 Animos et aures.
 Religio: Cura qvae te isthuc tulit?
 [589r] Scrupulosus: Qvae semper animum sola circumstat meum,
 Ut Numinis honor parte laedatur sui
 Nulla, haec coëgit petere sacratos Lares.
 Religio: Qvid ita? Inimicum forte latriae dabis
 Nobis domandum?
 Scrupulosus: Turpe neglectum dabo
 295 Numinis honorem.

²⁸⁸ Accedere] originaliter in fine 287, metri causa transpositum in 288.

post 289 om.] Scrup.: Qvae semper, paginae custos fortasse add. m2.

^x Zde neskonné, zřejmě v genitivním významu.

^y Pravděpodobně tento verš pronáší Scrupulosus – bylo by překvapivé, kdyby měl Dulius dvě repliky těsně po sobě. Jde o odpověď na předchozí Duliovu otázku.

- Religio: Facinus extemplo refer.
 Scrupulosus: Czechia Joanni, qvem sibi nuper novum
 Dixit Patronum, addicta nimium, solius
 Visu est honorem qvaerere, hunc unum fere
 Compita loqvuntur. Hujus ergo reddere
 300 Te certiorem statui, zelus novus
 Ne damna latriae adferat, novitas enim
 Semper suspecta fuerat, age proin modum
 Impone honori.
- Religio: Cura pro nostro placet
 305 Assumpta munere, ne tamen primo impetu
 Agere putemur, sensa tu primum refer.
 Dulius: An invidenti Zoilo, an zelo^z mihi
 Responsa sunt ferenda, nescit animus.
 Sic refragandum cultui Divi putas?
 Partis tropheis semper infestum tibi,
 310 Ut legere fas est, militem expertum vides.
 Scrupulosus: Sed conditos plurimos hostes habet.^{aa}
 Dulius: Hostilitatis omnis invidia est caput.
 Vel inde discas, qvod habeat bonum: a malo
 Qvod invideri poscit, a bono appeti.
 315 †Qvamqvm freqventes supplicum damnunt preces
 Id falsitatis eruditorum.†
- Religio: Nequit,
 Ut cerno, litis una colloqvi mora
 Statuere finem. Qvae semel statui decet,
 Pensanda diu sunt. Plurimum tua proin
 320 Interfuturum est, trutinae verba indere
 Et qvaestioni Nepomuceni dare
 Dictos honores.
- Dulius: Ut jubes, fieri volam.

310 expertum] expetum VD.

^z Zoilo – zelo, slovní hříčka, paronomasie.

^{aa} Neúplný verš, chybí nejméně jedna slabika.

INDUCTIO V.

Ab Haeresi ut rebellis perpetuo carceri mancipatur Androdilus, gaudet Iconoclasta ratus, sic nunquam suo suorumque calculo Joanneam duliam confirmatum iri; atque ad inferendam Joanneo cultui extremam perniciem Audaciam Blasphemiamque animat.^{bb}

- [589v] Iconoclasta: Vive, Imperantum gloria! Ad votum cadit
 Statuente te labor omnis. Immo quod magis
 325 Longe obstupescas; ipse Dulius sua
 Est visus offerre studia mandato tuo
 Obtemperanti!
- Haeresis: Gloriae nostrae latro
 Poenam ergo dabit?
- Iconoclasta: Est nimis lentum „dabit“,
 Sat lentum adhuc „est“, jam dedit.
- Haeresis: Cecidit lues?
- 330 [Aulicus]: O si!
- Haeresis: Triumphos tetrico turbas sono?
 Victor serenos nuspiam plausus feram?
- Aulicus: Ah, quod recenti et intimo magnum feres
 Ab hoste vulnus, pectus hoc sternit meum.
- Haeresis: Novusne terror hostium nosmet qvatit?
- 335 Aulicus: Novus et pericli plenior.
- Iconoclasta: Nullos metus
 Ab hoste vulgat fama.
- Aulicus: Sed pejus fremit,
 Si tegitur hostis, flamma, qvae cinere calet,
 Qvam saepe adultas spargit in tectum faces.
- Iconoclasta: Sapere sed quis gloriam nostram qveat,
 340 Refer sine mora.
- Aulicus: Conteri qui hostem negat,
 Androdili haec est perfida in nosmet fides.^{cc}
- Haeresis: Androdili sit fides dubia?
- Aulicus: Probat
- 345 Factum. Joannis, unice cujus petis
 Perire honorem, gloriam ille extollere
 Non cessat, immo laedere ejus iconas
 Cultumque metuit. Faedera ergo hostis cupit.
 Haeresis: Fidemne vestris adstruam dictis?

^{bb} Poslední část věty (*atque...*) neodpovídá ději této scény.

^{cc} *Perfidia fides*, paronomacie, oxymoron.

- Androdilus ubi? Castra fors nostra effugit?
Cito, cito, miles, i, qvae, da strictum^{dd} throno.
- 350 Iconoclasta: Nunc ergo, qvae Joannis asseruit nuper
Praedicta Cultor, cupit animus, ajebatis,
„Te poenitebit, calculo postquam tuo
Simul et tuorum facta Joannis stupens
Cultum probabis.^{ee} Ecqvis hic Androdili
355 Cultore cum Joannis haud intelligat
Faedus statutum? Qvis dolos non censeat?
- Aulicus: Herobus adesse perfidum nostris reor.
Haeresis: Vah, perduellis! Pervicax! Barde! Impie!
 Sub innocentia vellere, rapax lupe!^{ff}
- 360 Sinon dolose! Nonne tibi adhucdum placet
Promptum juvandi caeteros Czechiae Patris
Studium et resistere cultui ejusdem tuus
Nonne timet animus? Jam minas refer, taces?
- [590r] Androdilus: Refuto, qvidqvad lividus fingit furor,
365 Si mihi benigne proloqui verbum faves.
Haeresis: Traducere etiam Principis mentem voles?
 Cultore cum Joannis haud, putas, patet
Faedus statutum? Perfide!
- Androdilus: Ignoro scelus.
Iconoclasta: Scelus est probatum, poena te sceleris decet.
- 370 Androdilus: Heu me innocentem!
Haeresis: Gloriae nostrae latro,
 Decipis adhucdum. Justus astutum furor
Compescat.
- Iconoclasta: Ut qvid te improbus faedet cruor?
 Numqvid merentur sclera carnificum manum?
Haeresis: Non dignus est dextera hac latro.
 Friget furor.^{gg}
- 375 Parco crux, carceri aretatum volo
Tunc, qvae fraus sit, consule.
Iconoclasta: Invoca tuum,
 Jam qvem timebas qvemque laudabas, Deum.

376 Tunc, qvae] Tuncqva VD.

^{dd} Elipsa: rozuměj (*strictum*) *ensem, gladium, ferrum* – tasený meč.

^{ee} *Te poenitebit ... probabis*, opakování veršů 187–189.

^{ff} Cf. Mt 7,15.

^{gg} *Friget furor*, onomatopoeia.

INDUCTIO VI.

Percussus subinde morbo Scrupulosus latriae zelotes, vindicibus, ut putat, artibus Joannei Cultoris malum adscribit, spirans ultiōnem.

- | | | |
|--------|--------------|--|
| | Servus: | Ut mille te pessima, ^{hh} Herorum omnium
Probrum atque dedecus! Satius sane foret
Fuisse vicinum Cerberi, aut si qvem indiget
Furia ministrum, morbido qvam isti effero
Atraque dudum bile consumpto hospiti
Obseqvia praestitisse. Facies sanqvine
Tota pene adhucdum livet. Ita salutat fidum
Herus ministrum. Quid agimus, Drias? Pati
Semper necesse est? Causa qvae risus tibi?
In verbera tua dedita voluntas. |
| 380 | Drias: | Tumor |
| | Servus: | Numqvid resedit, solidus numqvid tibi
Deus est? |
| 385 | Drias: | Tumoris nuspiam signum datur,
Dum causa nulla. |
| | Servus: | Nonne ferientem manum
In te tetendit Herus? |
| 390 | Drias: | Octona vice
Extendat etiam. Porigere numqvid caput
Erit necesse fulmini? Manus, pedes
Est aeger Herus. Inde si fulmen paret,
Recedere juvat nonnihil, pro tunc qvidem
Latrare poterit, verbera sed infligere
Nunqquam. |
| | Servus: | Profecto cautior tu me magis.
Consilia sector. |
| 395 | Scrupulosus: | Vah, Avernales rogi!
Juvate miserum! |
| [590v] | Drias: | Rursus inclamat, petit
Morosus Herus auxilia nostra. |
| 400 | Servus: | Expetat,
Nihilne ferre poterit? Ut citius mori
Qveat, juvabo. Non ego accedam, malum
Patiatur, aliis qvod dare assvevit. Mane, |

380 vicinum] vicinam VD.

hh Aposiopesis.

- Iconoclasta: Ecce locorum hic? Otium num Herus favet?
 405 Servus: Favere fecit Morpheus, cui nunc vacat.
 Iconoclasta: Rutilante Morpheus sole num placet Hero?
 Drias: Dum morbus alias capere non sinit, bonus
 Hoc tempore etiam est.
 Iconoclasta: Herus afflictus malo?
 Servus: Et mortuali.ⁱⁱ
 Scrupulosus: Ferte suppetias, date
 410 Auxilia misero!
 Iconoclasta: Ferte opem citi.
 Scrupulosus: Dolet!
 Dolet! Peribo! Jam eripit funus diem,
 Libilitina vitam! Peroe!
 Iconoclasta: Conferri jube
 Otius levamen! Pharmaca! Huc ignem admove.
 Scrupulosus: Rursum redivit spiritus. Qvis te favor,
 415 Fortuna qvae te huc tulerat, amico ut dares,
 Qva summe eget opem! Desides vero monet
 Culpa expianda.
 Iconoclasta: Non furor malum augeat.
 Sed causa qvae te jecit in morbum?
 Scrupulosus: Inscius.
 Ne tange, flagro, tegito pulvillo pedes.
 420 Ignoro sane semitam exorti mali.
 Initia sumpsisse tamen hoc tempore scio,
 Qvo cum Joannis qvaestio exorta est mihi
 Cultore.
 Iconoclasta: Eheu, Colchici vulgi asseclas.^{jj}
 Numquid vocari Thessalam in cladem tuam
 425 Agnoscis?
 Scrupulosus: Haec mens pariter est dudum mihi.
 Iconoclasta: An ergo Circen Czechica tellus procreat?
 Et sanctitatis abditam in velo? Scelus!
 Scrupulosus: Quid nunc agendum?
 Iconoclasta: Pristinum zelum tene.
 Ego repellam Thessalam. Vive et vale.
 430 Scrupulosus: Partes amici perfice. Flagris rursum ne abes.^{kk}

ⁱⁱ Mortuali, ve významu mortali.

^{jj} Asseclas, akuzativ zvolací.

^{kk} Hypermetrický verš (přebývá jedna stopa).

INDUCTIO VII.

Cultum Joanneum interim Blasphemus ostentui habens, Furor vero ablatis colossis se-pulchriqve decore minuere connitens, ubivis diversis multantur poenis.

- | | | |
|--------|--------------|---|
| | Iconoclasta: | An mihi dolores corde dissecto enecent,
An mihi furores pectus in partes secent,
Ignorat animus. Est dolor nostri aemulus,
Dum patitur hostis, sed magis longe furor,
Circea qvando cantica in nostram evocat
Hostis ruinam. Qvid agis, o anime! Scelus
An sustinebis? Huc proinde adsit fida
Comitum caterva, displicet jam omnis mora. |
| [591r] | | |
| 435 | | |
| | Soc[ius]: | Qvos expectabas, adsumus laturi opem. |
| 440 | Iconoclasta: | Placet obseqvendi fervor. Ite ergo,
Et cui vos destinavit muneri Princeps, cito
Agite, colosso Nepomuceni, iconas,
Decora sepulchri sternite, stat omnis salus
Una alacritate. Ego socios auctum ambulo. |
| 445 | Socius: | Armata rabie sedula ministri manus.
Tu proin sepulchri decora, crates qvoque
Tumulum ambientes disseca, evelle, ejice. ^{ll}
Tu compari animo culmina, colossum, iconas
Sternito Joannis. |
| 450 | Lab[orans]: | Facile tu verbis refers
Trophaea, sed num facta respondebunt, meus
Ignorat animus. |
| | Socius: | Tibine difficilis labor
Demoliendo lapidi truncō? |
| | Laborans: | Tamen
Animata factis saepe percepī. |
| | Socius: | Qvibus? |
| | Laborans: | Posteaquam honoris puniunt hostes sui. |
| 455 | Socius: | Inepte, qvae te saga, qvis cantu magus
Trahit impotentem? Talibus monstris fidem
Vesanus addis? Perge felici omine,
Ego praeses operi robur et vires dabo. |

445 Armata] Armore VD.

455 cantu] contu VD.

458 et vires] etvires VD.

^{ll} Klimax.

- 460 Cultor: Nescio, timor qvis pectore pererret. Subit
 Jugis animum horror. At timorem ponimus,
 Robur resurgat Tartari, nunquam furor
 Nepomuc honori ferre pernicem ambit,
 Qvin elevasset amplius. Nostrum proin...
 Qvis hic tumultus,^{mm} an hostis intentat malum?
- 465 Socius: Vah, latro!
 Cultor: Qvis hic tumultus?
 Socius: Pareo, vicisti, Czeche.
 Cultor: Blasphema mentem naenia attonitam facit.
 Laborans: Heu me!
 Cultor: Qvis iterum clamor?
 Laborans: Perfide, heu, Sinon! Tibi,ⁿⁿ
 Audax, precamur, facinus ignosce.
- 470 Servus: Advola
 Auxilia ferre, ah Pastor!
 Cultor: Qvis me tremor,
 Portenta rerum. Facinus, heu, tandem improbum
 Luitis, scelesti.
- 475 Servus: Ah, Pastor, huc cito advola!
 [591v] Funesta rerum scena prostratus jacet
 Uterque eorum, qvos profanando dedit
 Cultor: Tumulo Joannis Principis jussum.
 Diu
 Pastor: Numen retardat fulmina, ut gravius luat
 Socius: Audaciae scelus. Clange victori paean.^{oo}
 Pastor: Sed huc luporum qvispiam, fugimus.
 Malum!
- 480 Laborans: Tibi salus
 Pastores: Te, pessime Minister, manet.^{pp}
 Pastores: Cesset furor. Circes qvis astus novit? Huic
 Reqviies, precor, sit aeviterna. Hunc sublevet
 Noster favor. Patrem vides?
- Laborans: Debetur ista.

466 Blasphema] Blasphemia VD.

^{mm} Cf. *Angelus ad aras*, v. 346, 599.

ⁿⁿ Hypermetrický verš (přebývá jedna stopa).

^{oo} Verš metricky nepravidelný.

^{pp} Tento i předchozí verš jsou hypometrické (chybí v nich alespoň jedna slabika, pravděpodobněj celá stopa).

Pastor: Lanqvor infelici abstulit
Mentem.
Laborans: Recede.
Pastor: Pastor oviculam seqvar.

INDUCTIO VIII.

Crescente morbo tantarum poenarum redditus certior Scrupulosus latiae zelotes, interveniente poenitudine sanitati restituitur. Androdilus vero inter vincula obtenta Divi iconē libertati filiorum Dei asseritur.

	Scrupulosus:	[- - -] Nondum amicorum Intimus adfert medelam?
485	Servus:	Visus haud nobis fuit.
	Scrupulosus:	Vah, linqya fallax.
	Servus:	Nuntiae veredus tulit Tibi legenda qvaepiam, mentem qvibus Svave recreares.
	Scrupulosus:	Legere prohibet dolor. Qvid contineri nuntiat?
	Servus:	Nepomuc decus Miraculorum gloria augeri asserit.
490	Scrupulosus:	Fabula! Tamen si sinerit dolor, legam. Tu qvaere amicum.
	Androdilus:	O Principis falsus favor! ^{qq} O improbarum saeve technarum artifex! Haeccine rependis? Sed qvid incassum qveror, Dum spes salutis nulla? Mihi sola est salus, Imo salutis summa spes ^{rr} fulget mihi. Scio Joannis ore laus minima meo Prolata vincula ista fabricavit. Tibi Proinde supplex accido, potentem manum Veneror. Adesto proin, vocatus adjuva. Et qvis mihi te, o alme Pater, icon ^{ss} viri Sancti Joannis Nepomuceni, sinuat? Vincula ligatum sponte? Carceris patent Fores? Patrono hoc sponte libertas venit Dudum petita. Proin valete, neqvam Lares.
495		
500		
505		

493 improbarum] improborum VD.

^{qq} *Falsus favor*, aliterace.

^{rr} *Spes salutis nulla – sola salus – salutis summa spes*, slovní hríčka, aliterace.

^{ss} *Icon*, zde snad ve smyslu *iconia*, *icona*, *ycona* (fec.).

Tumulus Patroni mihi adeundus est, reus
Voti istud animus repetit, appensus tholo.

- [592r] Scrupulosus: O me vesanum! Nunc mali primum scio
Fontem nefandum. Morte multasti alteros?
510 Me ad poenitendum ducis inflicto malo?
Ignosce, qvidqvad zelus insane arguit,
Peccasse me haud diffiteor. Augebo modo
Vires dehaustas, me reum, sistam tholo.
Vivunt membra! Fallor? An pedibus vigor
515 Redit? Probandum est, fulcra sint praesto! O mihi
Dextram benignam, spiritus membris reddit.
Non jam trahenda est mora. Tholo memet reum
Ita sisti oportet.

INDUCTIO IX.

Percrebescente prodigiorum fama, Iconoclasta tum primum suo suorumque calculo duliam Joannis confirmari sentiens, perniciem eidem ultimam minatur. Sed ab Haeresi, majorem sui cladem pertimenscente, ausu abstinere jubetur. Porro Religio duliae Vindici meritos instruit honores.

- Iconoclasta: An jam rebellis occidit et audax caput
520 Perfidia posuit? Hostis an noster jacet?
Diruta sepulchri decora, statuae num parant
Nobis triumphos?
- Dux: Ah.
- Iconoclasta: Quid hoc? An condoles
†Truncis se astrif?
- Dux: Gloriam afflictam dolet
Nostri laboris animus.
- Iconoclasta: Gloriane adhucdum viget
525 Nepomuceni? Deses ubi verna manus?
- Dux: Prostrata velut fulmine, veretur potens
Brachium Joannis.
- Iconoclasta: Caece qvid bubo canis?
- Dux: Templa cerne, vera narrantem scies.^{tt}
Blasphemus unaqve Furor exanimis jacet.
- 530 Excrescit inde fama Joanni amplior.
Miraculorum, ut populus asserit, vigens
Probatione. Studia populorum vide.
- Aulicus: Imo throno te adesse jam Princeps jubet.
- Iconoclasta: Non refragabor.

^{tt} Hypometrický verš (chybí alespoň jedna slabika).

	Haeresis:	Deses! Ignave! Infide!
535		Siccine triumphis gloriam nostram foves?
	Iconoclasta:	Ubi sociorum credita est tibi manus?
		Qvis error animum? Heroa mens nusquam cadit
	Iconoclasta:	Uno impetu, revire juvat mortem, dabo
		Plures triumphos.
	Haeresis:	Impetu vere unico
540		Qvoties necatus eras? Ideo pugnae dare
		Praecipio finem.
	Iconoclasta:	Melior impavidas amat
[592v]		Fortuna mentes, dexteram pavidam fugit.
		Extrema forsan pugna victorem dabit.
	Haeresis:	Et inseqventes imminent major pudor
545		Forsan retardet, forsan utrumque [...]mens,
		Honor Joannis cultui Divum sacer,
		Cervice nostra turpe calcata, eriget
		Trophaea.
	Iconoclasta:	Dixi, centuplam cladem ferit.
	Haeresis:	Miracla, mortes, populus oppositum probat.
550	Iconoclasta:	Tamen occidet, si jura tua velis seqvi, ^{uu}
		Tenere callem Caelitibus adversum decus.
	Haeresis:	Ne refrageris.
	Iconoclasta:	Ergo vicisti, Czeche, ^{vv}
		Vincis potentem.
	Religio:	Triumphos erige, Joanne amor ^{ww}
		Cultorque, qvidquid lividus sanxit furor.
555		Illuta poena detegit Nepomuc decus.
		Honore Divum colere prostrata Haeresis
		Didicit, nec insultare Sanctorum audeat
		Posthaec honori. Debitos ergo instrue
		Cultus duliae Vindici, quem ultor Deus
		Poena hostium monstrat colendum.
560	Dulius:	Qvem tuae
		Felicitati pariter et nostrae sacer
		Divorum honori applaudo amorem, ita sedule ^{xx}

⁵⁶⁰ tuae] originaliter in initio 561, metri causa transpositum in 560.

⁵⁶² amorem] amor VD.

^{uu} Tento i následující verš hypermetrické (přebývá v nich alespoň jedna slabika).

^{vv} Cf. v. 465.

^{ww} Hypermetrický verš (přebývá jedna stopa).

^{xx} Hypermetrický verš (přebývá jedna stopa).


565

Percupio honore maximo semper coli
 Nepomuceni gloriam, Sanctorum honor
 Dabitur illi maximus, qvo pax venit
 Maximo Patrono. Perfidum nunquam time
 Agmen inimici; militat pro Te Polus.

EPILOGUS

Ad honorandas debito cultu Joanneas exuvias invitat simulqve admonet: Discite justitiam moniti et non temnere Divos. Aeneis 6.^{yy}

A. M. D. G. et S. J. N. H.



Poutníci uctívají hrob světce.

^{yy} Vergilius, Aeneis 6,620. Verš cituje ve své legendě B. Balbín (viz Balbinus: *Acta Sanctorum*, s. 676) a odtud ho autor zřejmě přejímá.